

coni, tum in Sermonibus fidelibus, tum in Augmentis Scientiarum præclaræ meditationes extitère. Mihi breviter videtur tria in novo Corpore requirienda. Ut scilicet conscriptum sit ple- ne, breviter, ordinatè. Ita aberit repetitio, obscuritas, contradictio.

§. 22. Tempus est, ut ad nostra *Juris Elementa* redeamus, hæc suprà §. 7. divisa sunt in *Definitiones & Praecepta*. *Definitiones* includi possunt libro, qui ob formam appellari potest: *Partitiones Juris* (quo nomine & CL. vir, Dn. Ioh. Otto Thabor suum aliquem laborem insigni- vit) in eo declarentur termini usitatio- res, eorumque *Definitiones & Divisio- nes* explicentur Methodo, quam dixi. Omittantur verò curiositates Philolo- gicæ, *Synonymiæ*. *Aequivocationes* ve- rò, sed insigne, & quæ confusionis principium esse possint, non quælibet obviæ colligantur, significatioque fa- mosior eligatur. Intereà CL. *Rebhanii* Hodegeta *Juris* poterit non inutiliter

C 6 legi,